

Quare uos adhortor Adolescentes, ut ita inducatis animum, prius uobis cognoscenda esse elementa philosophiæ, quam ad superiores disciplinas acceditis, & in ea diligenter colloctis studium atq; operam.

ἄρ χή inquirunt ἤμην σὺ πάντοσ Dimidium facti, qui bene coepit, habet. Faciliora igitur omnia erunt istis in alijs disciplinis, qui recte & perunt qui ad alias afferunt earum artium scientiam, sine quibus illæ neq; percipi, neq; tractari neq; intelligi possunt.

Et hanc orationem existimate me publicæ auctoritate habuisse, quam si quis contemnit, is sciat Deum ultorem huius contumeliæ fore. Ac Resp. ornavit etiam priuilegijs hæc nostra studia & honoribus quos nunc his iuuenibus libenter decernemus,

Quia singularem laudem hoc tempore in tanta peruersitate iudiciorum merentur isti, qui hæc communia philosophiæ studia attingerunt.

ORATIO